

I V S T I L I P S I

# D E C R V C E

## L I B R I T R E S

*Ad sacram profanamque historiam*

*E d e t c o l l e g i o v t i l e s . b r i t i n g a e C a s t o n i a*

Vnà cum N o t i s .

*Editio tertia, serio castigata.*



A N T V E R P I A ,  
E X O F F I C I N A P L A N T I N I A N A ,  
Apud Ioannem Moretum.  
M. D. XCVII.

*Cum Priviliegij s Casareo & Regie.*

A D  
T R E S   O R D I N E S  
B R A B A N T I Æ  
A N T I S T I T E S  
N O B I L E S  
M A G I S T R A T V S.



I BELLOS de C R V C E  
quos scripsi, meritissi-  
mò ad vos defero, pa-  
triæ nostrę primores vi-  
ri. Primùm, quia in solo vestro  
concepti natique sunt, in hac Lo-  
uanienſi vrbe: tum quia aura fa-  
uoris vestri elicuit, qui me beni-  
gnè huc arcescēdum putastis, bo-  
no rei litterariæ & iuuētutis. Lau-  
do hunc animum, atque etiam  
miror. qui in tot circumstantibus  
turbis, & cùm vndique insonuit  
bellorum tuba; tibias tamen &

A 2 fistu-

IVSTI LIPSI

# DE CRUCE

## LIBER L


### CAP. I.

*Precatiuncula. Materies & ordo operis.*



GGREDIOR de C R V-  
c e scribere, sed tuam prius  
opem auxiliumque inuo-  
cans qui eam consecrasti,  
& infame illud lignum instrumen-  
tum fecisti publicæ salutis . Tu Deus  
à Deo genite, homo ex homine geni-  
te, hominibus genite, da mihi vera, da  
recta scribere, tibi in honorim, Crucis  
in splendoreim, nobis in fructum. Ma-  
teries & ordo mei operis iste. Quid  
Crux, & Cuiusmodi fuerit: Ubi, Quare,  
Quomodo, & Quatenus usurpata. Hæc  
omnia non distinctè solùm, sed diffusè  
dicam: nec displicebit accuratio illi,  
cui salutare hoc signum placebit.

CAP.



## C A P. X.

*In quâ Crucium formâ Christus mortem tulerit? videri in ultimâ argumento è Patribus & picturis. Ruffini non bona fides notata in verbis Pauli citandis sine expli-  
candis.*

**H**A B E S omnes Crucium species.  
*In quâ carum ille mortuus, qui morte suâ nobis vita? Nc quærendum quidem cens-*

απολύτως θημεῖναι τῇ πυρᾷ. Οἱ δὲ ἡ καθίλωσαν, οὐ γέρεισαν δὲ αὐτὸν: Cūm pararent eum cruci suffigere, dixit, Relinquite me sic. qui enim dedit exspectare ignem, dabit & sine uestrā clauorum firmitate, solutum manere in rogo. Illi autem non configerunt eum, sed ligarunt. Quin vno etiam tempore plures, appensi pedibus in sublime (nota hīc & Schema inuersum) capite verso deorsum, suffocati fummo, & lento igne consumpti sunt. Non ergo iniuriā Tertullianus scripsit: Licet nunc Sarmentarios & Semaxios appelleatis, quod ad stipitem dimidij axis reuincti, sarmentorum am-

Marty-  
rol. xxii  
luni).

Apolo-  
g. vii.


bitu exurimur.

significat enim adeò crebrum in maiores illos nostros & in religione proceres supplicium hoc fuisse, ut in illudium cōuitiūmque venerit; & Christiani vulgo Semaxij, à stipe cui astrin-



gebantur, & Sarmentij, à sarmentis quibus vrebantur, sint dicti. Atque hoc est quod Axem vocat alibi incendio constrictum, id est, ad incendium iam cum homine ligatum.

Lib. de  
pudicit.  
cap. vii.



C A P. X V I I.

### *Laudatiuncula Crucis.*

**S**E D iam mihi salut  
Ω ξύλον μακαρισθη, ἐφ' ἃς θεός ἀξέταυθη.  
*O lignum felix, in quo Deus ipse pene-  
dit.*

**Quod his elogijis cum Damasco lubens  
meritò afficio, Θυρεὸς καὶ ὄπλος καὶ τείχασον**